

107

# DIPLOMA ELECTIONIS S. R. M. Poloniae.

In Nomine SSmæ. & Individuæ TRINITATIS  
PATRIS, & FILII, & SPIRITUS SANCTI.

**N**Os Andreas Trzebicki Episcopus Cracoviensis Dux Severiæ,  
Joannes Gembicki, Vladislaviens. & Pomeraniæ, Stephanus  
Wierzbowski Posnaniens., Nicolaus Stephanus Pac Vilnens.  
Stephanus Wyzdga Varmiens. & Sambiens. Casimirus Pac Samo-  
gitia, Thomas Lezenski Luccoriensis & Brestensis, Andreas Ol-  
szowski Culmenfis & Pomesania, Procancellarius Regni, Abbas  
Androviens. Decanus Cracoviens., Stanislaus Dobski, Chelmenfis,  
Thomas Vieyski Kijoviensis & Czerniechoviens., Vespasianus  
Lanckoronski Camenecens., Alexander Kotovicz Smolenscens.  
Episcopi. Stanislaus Warzycki Castell. Cracoviens. Alexander Mi-  
chael Lubomirski Cracoviensis, Michael Pac Vilnens. Supremus  
Exercituum M. D. Lit. Dux, Joannes Tarlo Sandomiriensis Palati-  
ni. Andreas Kotovicz Castellanus Vilnensis, Joannes Opalinski  
Calificensis. Martinus Oginski Trocensis, Felix Casimirus Potocki  
Siradiensis, Vladislaus Leszcynski Lenciciens. Sigismundus Dzia-  
lynski Brestensis Kujaviensis, Andreas Potocki Kijoviensis, Joannes  
Stanislaus Jablonowski Terrarum Russia, Michael Dux Czarto-  
ryski Volhinia, Gregorius Podbereski Smolencensis, Vladislaus  
Rey Lublinensis, Casimirus Sapieha Polocensis, Demetrius Dux  
Vvisniovice, Belzensis Campiduct. Reg. Samuel Georgius Praz-  
movski Plocensis, Joannes Antonius Chrapovicki Vvitepsc.  
Albertus Krasinski Mazovia, Venceslaus Leszcynski Podlachia,  
Joannes Albertus Lipski Ravensi, Stephanus Kurcz Brestianensis.  
Joannes Gninski Culmenfis, Stanislaus Dzialynski Maria burgensis,  
Joannes Ignatius Bakowski Pomerania, Stanislaus Casimirus Bi-  
enicvski Czernichoviensis. Palatini, Christophorus Grzymultov-

EXXVIII 558 lo. 12 ad h.

A

ski

84

ski Pofnaniensis, Alexander Gratus de Tarnovv. Sandomiriensis,  
Stanislaus Skarfszevski Woynicenfis, Alexander Sielski Gnefnenfis,  
Joannes Mecinski Siradienfis, Gembicki Lancienfis, Melchior  
Grudzinski Brestnensis Kujavienfis, Maximilianus Fredro Leopoli-  
enfis, Joannes Franciscus Lubovvicki Volhynia, Felix Paris Lubli-  
nensis. Joannes Korfak Polocenfis, Ludovicus Alexander Niezabi-  
tovvski Belzensis, Christophorus Jesman Novogrodensis, Stanis-  
laus Rudzinski Czerfcenfis, Carolus Luzecki Podlachia, Damianns  
Kretkovvski Culmenfis, Stephanus Ledochovvski Braclavient. Ni-  
colaus Smogulecki Gedanenfis, Nicolaus Przerembski Sandecen-  
fis, Stephanus Gembicki Rogoznenf. Stanislaus Czerminski Zavvi-  
choftenf. Petrus Przyjemski Szremenfis, Andreas Radonski Zar-  
novviefis, Marinus Jaskolski Sanocenfis, Stanislaus Dunin Borkov-  
vski Polanecenfis, Petrus Sladkovvski Sochacovienfis, Joannes O-  
borski Varfavierfis, Castellani. Hilarius Polubinski, Supremus M.  
D. L. Marscalcus, Christophorus Pac, Supremus M. D. L. Cancellar-  
ius, Michael Casimirus Dux Radzivvil, Vicecancellarius, & Cam-  
piductor M. D. L. Andreas Morsteyn, Supremus Thesaurarius Reg-  
ni, Stanislaus Lubomirski Marschaleus Curia Regni, Senatores  
& Officiales Regni & M. D. L. Benedictus Sapieha Thesaurarius  
Curia M. D. L. Equestris Ordinis Marschaleus, Carolus Dux Czar-  
toryski Succamerarius Cracoviensis, Hieronymus Lubomirski,  
Eques Militenfis, Ex Palatinatu Cracoviensi. Petrus Opalinski  
Succamerarius Pofnaniensis, Petrus Zychlinski Capitaneus VVa-  
lecenfis, Ex Palatinatu Pofnaniensi. Michael Drucki Sokolinski,  
Notarius M. D. L. Petrus Rudomina Capitaneus Starodubensis. Ex  
Vilnensi. Joannes Szomovvski Thesaurarius Curia Regni, Caro-  
lus Tarlo Capitaneus Stezyc. Ex Sandomiriensi. Stanislaus Krzy-  
cki Succamerarius Kalisiensis, Joannes Korzeniovvski Capitaneus  
Koscianenfis, Ex Calisiensi. Casimirus Kierdey Marschaleus Gro-  
dnenfis, Pincerna Trocens. Ex Trocensi. Hieronymus  
Olzovvski Subdapifer Regni, Stanislaus VVęzyk Capitaneus Sir-  
adienfis, Ex Siradiensi, Stephanus Sarnovvski, Succamerarius Lan-  
cienf.

ciciens., Venceslaus Zaleski, Vexillifer Lanciciens., Ex Lanciciens.,  
 Stankievicz, Succamerarius Samogitiæ, Melchior Die-  
 fevvicz, Civon Retoviens. Ex Ducatu Samogitiæ. Spytek Pstrokon-  
 ski, Succamerarius Brestens. Kujaviens. Andreas Gostorovvski Ca-  
 pitaneus Radziejoviens, Ex Brestensi Cujaviensi.  
 Subdapifer Kijoviens. Stanislaus Kovvalevski, Venator Kijoviens.  
 Ex Kijoviens. Sigismundus Dabski, Succamerarius Inovladislavi-  
 ensis, Stanislaus Tuczynski, Dapifer Inovladislaviens. Ex Inovladis-  
 laviens. Albertus Zboinski, Casimirus Kovvalkovvski, Notarius  
 Quartæ Thesauri Regni, Ex Terra Dobrzynens. Nicolaus Sieniavv-  
 ski Vexillifer Regni, Mathias Ustrzycki Judex Sanocensis, Ex Rus-  
 siæ. Constantinus Dux VVisnovviecki, Caspar Horain, Notarius  
 VVlodimiriens. Ex Volhinia Polajovvski. Pocill. Podolia,  
 Gruszecki, Judex Podolia, Ex Podolia. Melchior Gluszynski  
 Tribun. Smolens. Leo Polubinski Vexillifer Smolen. Ex Smolen-  
 cens. Sbascki, Vexillifer Lublinens. Carolus Danielovvicz,  
 Capitaneus Parczoviens. Ex Lublinens. Nicolaus Sezyt Tribunus  
 Mscislaviens. Trojanus Pakosz. Ex Polocensi Joannes Alexander  
 Myszkovvski, Succamerarius Belzensis, Vespasyanus Sienicki, Sub-  
 judex Buscens. Ex Belzensi. Stephanus Frackievicz, Vexillifer No-  
 vvogrodens. Carolus Chodkievvicz, Capitaneus Bludziniens. Ex  
 Novvogradens. Nicolaus Narzynski, Vexillifer Plocens. Paulus  
 Mostovvski, Notarius Plocensis, Ex Plocens. Stephanus Kossovv  
 Horodniczy Vitepscens. Andreas Bielecki, Subdapifer Vitepscens.  
 Ex Vitepscens. Joannes Krasinski, Referendarius Regni, Martinus  
 Oborski, Capitaneus Livenis, Ex Masovia. Stephanus Czarniecki  
 Notarius Campestris Regni, Christophorus Zelski, Notarius Bielsc.  
 Ex Podlachia. Martinus Nieborovvski, Succamerarius Sochaczov-  
 viens., Adamus Novvomieyski, Judex Ravensis, Vice Instigator  
 Regni, Ex Ravensi. Franciscus Sapieha, Praefectus Stabuli M. D. L.  
 Carolus Dolski, Incisor M. D. L. Ex Brestianens. Michael Dzialyn-  
 ski, Gladifer Terrarum Prussia, Christophorus Korycki, Succame-  
 rarius Culmens. Ex Culmens. Vlodimirius Kamienski, Succame-

arius Mscislaviens, Constantinus Paszkoyvski, Pocillator Staro-  
dubensis, Ex Msciscislaviensi. Franciscus Bilinski, Gladifer Regni,  
Petrus Tucholka, Succamerarius Mariæburg. Ex Marieburgens.  
Alexander Zabokrzycki, Pincerna Braclaviens, Christophorus Kor-  
dytz, Pocillator Braclaviens. Ex Braclaviens. Vladislaus Dônhoff,  
Succamerarius Pomeraniæ, Casimirus Zavvadzki, Capitaneus Pu-  
censis, Ex Pomeraniæ. Theodorus Lukomski, Josephus Sluzka,  
Venator M.D.L. Ex Minscensi. Georgius Tyzenhauz, Gladifer M.  
D.L. Joannes Tetvvin, Succamerarius Derpatens. Ex Livonia Jo-  
annes Charzevski Succamerarius Novvogradens. Ex Czernicho-  
viensi Palatinatibus ad Sigillandum præfens Electionis Decretum  
Deputati.

**S**ignificamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Uni-  
versis & singulis. Viduata iterum Respublica Nostra, per im-  
maturum Obitum Serenissimi olim Michaelis Poloniæ Regis,  
qui vix unico nec dum Integro Imperii Lustro exacto, die decima  
Mensis Novembris, Anno proximè elapso Leopoli, caducam  
istam immortalî Coronâ permutavit, in tam luctuosi funeris, &  
novæ Cladis acerrimo sensu, animo tamen erecta, suiq̃ue inter  
præcipitia memor, ire in remedia non destitit, ut crescere per ipsa  
Lechiam damna compertum haberet: Orbis. Auspicari inprimis  
placuit servandæ, & ultimis Interregni Casibus eripiendæ Patriæ,  
Consilia, ab exorato Diviuo Numine, cujus unico velut digiti mo-  
tu, Regna de Gente in Gentem transferri, Reges è Solio ad Solium  
provehî, solenne & in proclivi est. Coeptum dehinc ingens Ne-  
gotium Patriis Legibus, & Majorum Institutis, post peractam O-  
mnium Regni Ordinum Varavia Mense Februario Convocatio-  
nem, Communi eorundem Ordinum consensu die Electioni XX.  
Aprilis, Anno præsen. 1674. decretâ ad famam celeberrimi Actûs  
quasi dato Clasico & erecto virtutis trophæo Externorum Princi-  
pum Votâ & Cupidines in Campo Libertatis Poloniæ insigni Me-  
ritorum & Officiorum erga Rempub. certamine, Sua quisq̃ue de-  
cora, in publicum commoda, & dona ferentes, ultro prodiciere.

Vcrum

**Verum proximi Interregni effuso ambitu, & Partium studiis, Animorumque discidiis Respub. solertior, nec futuri socors, firma an dubia promitterentur, secum meditari, an vetera & recens partâ Sarmatiæ decora in exterorum possessionem tradere, an Gloriam Militarem, & Orbi vix auditum ex Turcis Triumphum, fustumque bellis Sanguinem in Purpuram otiosi alicujus Principis transfundere, è præfenti Statu videretur. Scilicet aliquis Caritatem Patriæ statim accipiat, non suæ & inimica ad eò Genti, famæque suæ sola Polonia sit, ut Exteris magis, quam suis favcat, utque reperta in Regno hoc Virtute, novæ potentiaæ Hospitem superbire patiatur. Vertit exinde cogitationem in Cives, & impositam arcani specie contumeliâ, non posse Reges Poloniae nisi extra Poloniam natos creari, quod priori Electione captavit, tandem iterum abolevit. Neque inter Cives diu quaesivit, quem Civibus præponeret; non enim incerta & suspensa hæc Electio, non cunctationi locus, cum in hac licet æqualitate Nobilitatis Nostræ, supra æquales Herois virtus præmineret; ergo ora omnium & studia libenter ac Divinitus planè versa in Supremum Regni Marschalcum Generalissimum Exercitus Ducem JOANNEM SOBIESKI, admiranda Viri virtus, Marschalci suprema in Aula potestas, cum armotum Dictatura, Senatoria amplitudo, cum Civili modestia, Natalium & Fortunarum exuberans splendor, cum obvia comitate, incomparabilis prudentia, invicta Fortitudo. in Deum pietas, in Concives amor, in dictis factisque constantia. in ipsos etiam hostes fides & clementia, ac quicquid de Heroe summum dici potest, aureas veluti compedes omnium animis & linguis ad eò imposuere, ut eundem nullo ambitu, non præcipitato consilio, sed maturâ & tertium in diem protracta, expensaque deliberatione Senatus Populi que Polonus & Magni D. Lit. concordibus votis & Suffragiis, Regem suum dicerent, eligerentque. Sanè militavit in SEKENISSIMI ELECTI deus, in liberrimæ Electionis fidem, ac ævitemnam Electoris populi laudem, non una die, neque feriore vespere, aut in umbra noctis, nec uno fortuito impetu, transactum in-**

gens sæculorum negotium : fas enim minime erat, Heroem sæculi momentis temporis, & velut alexæ jactu in Regem evadere, cum nec una nocte generari Herculem, veteri scito antiquitas prodiderit, atque Electionem in aperto sub Jove libero, mediâ luce sincerius enitescere docuerit. Quin & ipse Serenissimus Electus Nominationem in tertium diem protelari modestè tulisse, imò ambivisse visus, ne subita facilis suspecta iudicio detraheret, & certiore argumento Orbis in fidem impelleretur, procul ambitu & corruptæ libertatis invidiâ Electum, qui taliter eligeretur, An & destinato Superûm consilio triduum integrum à Sabatho ad diem Lunæ hæc trutina duravit quasi cæpta Sabatho Chotimensis Victoria, tertia demum die post captam Arcem Chotimensis Victoriam claudens, Regalis hujusce adoreæ augurium fecisset & auspiciato Omine Trinus Electionis dies JOANNIS TERTII Regio Nomini alluisset. Munivit ad Coronam aditum, firmavitque huic Serenissimo Electo Suffragiorum favorem inclyta bellorum gloria, dum primus Polonorum monstravit, posse statariâ pugnam pernicitatem Scythicam omnibus retroacti mundi Monarchiis gravem cohiberi, posse formidandas Turcarum phalanges uno ictu frangi & deleri. Ut vetera Militiæ Rudimenta, quæ ductu & auspiciis alienis in Suecos, Moschos, Boruffos, Transylvanos, Cosacos fortiter & gloriosè gessit, fileantur, ut receptæ ex Cosacis Sexaginta circiter Civitates minus in ore famæ versentur, tamen hæc crebra & prospera prælia maximis post hominum memoriam victoriis præludium fuere. Inundaverant ante Sexennium prædatoris turmis Podoliæ oras Scythicæ Myriades, omnia ferro & flamma latè sternebantur, cum parva tunc manus & laceræ Legiones impetui hostili non sufficerent, noster tamen cedere nescius novo bellandi consilio se Podhaieci, angusta Arce, & tumultuariâ munitione inclusit, quo sævitiam in viscera Regni festinantem excluderet. Ita clusus & fractus Barbarus Pacis Leges accepit, quasi ad id tantum irruisset, ut Serenissimo Electo Victoriæ materiam, gloriæque segotem afferret. Posteriore Quadriennio, singulos Impe-

rii bellici Annos inclytæ ex Cosacis & Tartaris simul junctis Sobiesciana Victoriam insignivere, recepta ex hoste Cosaco, quam latè inter Hypanim & Tyram protenditur Urbibus & bellatore Populo Validissima Braclaviensis Provincia, ac supra fidem planè sunt, quæ annis abhinc duobus Serenissimus Electus post occupatam Kamenciam, Leopoli obsidione cincta interritus, vix trium Millium Exercitus Polonici audaciâ & fortitudine ad miraculum planè pergit, cum quinque dierum & noctium continuo cursu, absque ullo cibo, herbis duntaxat silvestribus, vitam trahendo Tartaros adortus, Narulum, Niemieroviam, Komarnum, Kalussiam, obscura quondam Oppidorum vocabula ingentibus Barbarorum claudibus illustravit, tres Crimenses Soltanos è Regnatrice Giereia Domino occidit, & robur illud Scytharum adeo protrivit, ut posterioribus hæc Annis recipere Animos & vires recolligere nequiverint. Sed Victorias omnes præteriti Autumni vicit felicitas; cum famosæ olim ad Chocimum munitiones Quadraginta Turcarum Millibus occupatæ, & firmatæ, in quibus ante tres & quinquaginta Annos totius Imperii Ottomannici ex Asia, Africa & Europa coactas vires Poloni sustinuerant, & retuderant, nunc unicæ post Deum Imperatoris virtuti, & prudentiæ Sobiesciana, paucas intra horas succubere. Quippe ille vigilias obire, Stationes ordinare, tormentorum bellicorum apparatus præsens inspicere, Militem fame cælique injuriis & pertinaci in tertium diem statione fatigatum manu, voce, vultu accendere. ille quod maxime stupendum, pedes ante pedestres Legiones ad vallum penetrare, & eniti, & devotum pro Deo & Patria Caput in aleam fati mittere, palmarium duxit, moxque atrocissimam, intra munimenta Castrorum, stragem edidit, cum desperatio Turcarum acueret virtutem, & ipse fortissimi & providi Ducis omnia munia impleret, quo tempore tres Bassæ occisi, quartus vix effugio, Tyra vortices superavit, cæsa internecone Janizarorum octo, Spachiorum selectissimorum, præter Militare vulgus Viginti Millia, Castra cum omni apparatu & tormentis bellicis, & Assiriis, ac Phrigiis luxuriantis Asia

operi-

operibus capta ac direpta, Famosa Chotimensis Arx, Pons per Tyram, ac utrinque firmissima instar Artium propugnacula additamentum Victoriæ fuere. Quid ni ergo tam inclyta & heroica virtus dignissimo Diadematis præmio Coronetur? Prævit Nobis exemplo tota olim Christianitas, quæ ad recuperationem Jerozolimorum Duce Godefredo Bullionco, excita, Regnum illud eidem sponte detulit, eo quod primus Mania Urbis conscenderit. Non inferior gloria Serenissimus Electus Noster primus quoque binum hostile Vallum superavit. Ornat inauditam à multis retrò sæculis Victoriæ ipsius temporis momentum, quo Serenissimus REX MICHAEL pridie vita excefferat, veluti commonstrans, Se tantæ virtuti ultrò cedere, ut suis jam auspiciis ille victor, à Galea ad Coronam, à Capulo ud Sceptrum, à Cespite Castrensi ad Regale Solium, tantò gloriosius transfret. Revocavit Respub. gratam sibi, ac nullo temporis vitio oblitterandam memoriam inclyti Parentis Illustrissimi & Ercellentissimi olim Jacobi Sobiesky Castellani Cracoviensis Viri cum cura scribendi, qui aureâ suada in togatis Reip. Consiliis, in arena Martis invictâ dexterâ, fortunam Remq; publicæ auxerat, & gentilitio planè Scuto suo protexerat. Neq; sine Numine evenisse credamus, ut quo loco tribus ab hinc & quinquaginta Annis Magnus Parens, Reipubl. Poloniæ Legatus, Pacem & Pacta cum Osmano Turcarum Imperatore sanxerat, Maximus Filius, Cælo ipso perfidiam hostibus exprobanre, abruptæ pacis scelus, vindice ferro ulcisceretur. Cæteri Avi & Proavi ac innumera Clarissimorum Senatorum & Officialium Nomina, lucem velut Sereniss. Electo protulere, æmula Maternæ Stirpis Magnitudine & Gloriâ, præsertim Stanislai Zolkievij Supremi Cancellarii Regni, & Exercitium Imperatoris, cujus Sarcophago proximis campis, in quibus ille rabie Turcica Anno 1620, occubuerat, tam insigni hostium strage Victor Nepos parentavit. Congeminavit avitam gloriam ornatisimi Avunculi Stanislai Danilo vicij Palatinidæ Russiæ immortalis virtus & fatalis pro Patria Anno 1635. occasus, quem egregius & juvenilis ardor bellicæ Laureæ avidum & Pacis, cui tunc  
secura



secura Polonia altum indormiebat, haud tolerantem, Taurica nos in Campos privatis opibus viribusque ultrò propulerat, ut veterè illa Martis Poloni Eruditricè arenâ per vestigia sua Sobiescianis Meritis iter signaret, atque nobilissimo Sanguine, ipsius Cantimiri Tartatorum Hani dexterâ in ultionem occisi filii mactatus, purpura jam præsentì fulgorem commodaret. Neque exiit Populo Polono Illustrissimus olim Marcus Sobieski, Serenissimi Electi nostri Germanus natu maror, qui profligato à Barbaris ad Batoum Exercitu Polono, etsi evadendi non deesset occasio, maluit tamen magnæ Cladi fortissimorum Virorum immori, & Victima pro Patria occumbere, quàm in decoro receptu vitam mercari; an fortè ita disponentibus Divinis Judiciis, quibus res & Personas ininterire, Causas & eventus eosdem recurrere Ordo est, ut repetito Huniadum fato Major Summæ indolis Frater, miserandâ cæde submotus, minori superstiti ad Thronum Regium expeditiorem viam relinqueret. Quod igitur Orthodoxæ Reipublicæ nostræ ac Universæ Christianitati felix, faustum fortunatumq; sit, tam eximiis dotibus, meritis, & splendoribus cumulatissimum JOANNEM in Solkievv & Zloczovv SOBIESKI, Supremum Regni Marschalcum Generalissimum Exercituum Ducem, Mævensen, Barensem, Javorovien: kalusien: Gubernatorem liberis, concordibusque votis vocibus & suffragiis, nemine contraveniente, omnibus consentientibus & applaudentibus, pto Jure liberæ Electionis, Vocatorum non Comparentium, absentia non obstante, nullo privato respectu ducti, sed Dei duntaxat gloriam, prisçæ Religionis Catholicæ Incrementum, Reipublicæ salutem, ac Gentis Nominisq; Poloni dignitatem præ oculis habentes, in Regem Poloniæ, Magnum Ducem Lithuania, Russiæ, Prussiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhiniæ, Podlachia, Podolia, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq; eligendum, creandum, nominandum duximus, prout elegimus, creavimus, renunciavimus, nominavimus, me prædicto Episcopo Cracoviensi, vacante pro tunc Archiepiscopali Sede, Munus & Prærogativam Primatiale exercente, &

de Consensu omnium ordinum, per trinam Interrogationem, à ne-  
mine impugnatam, ab omnibus & singulis approbatam, Electio-  
nem concludente. Bonâ fide promittentes quod eidem Serenis-  
simo & Potentissimo Principi Domino JOANNI Tertio Regi No-  
stro, eandem fidem, subjectionem, obedientiam & obsequia de-  
bita, secundum Jura & Libertates nostras, semper exhibebimus,  
quam Divis Suae Majestatis Prædecessoribus exhibuimus. Tum  
etiam quod eundem Serenissimum in Comitibus proximis Cracoviæ  
eo sine celebrandis tanquam verum Regem & Dominum nostrum,  
Regio diademate, quo Reges Poloniæ Coronari solent, insignie-  
mus, & demore, quem Catholica Romana Ecclesia in unguendis,  
& inaugurandis Regibus, ante hac servavit, ungemus, & inaugura-  
bimur: Ita tamen si primum Omnium Jura, Immunitates Ec-  
clesiasticas & Seculares per Divos Antecessores nobis Concessas &  
donatas, & quæ nos ipsi præteritorum & præsentis Interregni tem-  
pore pro Jure libertatis nostræ. Statuque Reipublicæ melius con-  
servando sancivimus, manu tenebit, & observabit. Si præterea  
idem Serenissimus Electus, conditionibus à nobis eum Legatis  
Suae Majestatis conclusis ante exhibitionem præsentis Decteti Ele-  
ctionis, se satisfacturum Iuramento obstringet & literis suis au-  
thenticis omni meliori modo cavebit. Quod quidem Decretum  
Electiois nostræ auxilio Divino exequi cupientes, de communi  
concordia nostra ad tradendum illud in manus Serenissimi Regis  
Electi mittimus cum Illustrissimo & Reverendissimo Dno Episcopo  
Cracoviensi nonnullos Senatores & Officiales, & Illustræ ac Ma-  
gnificum Benedictum Sapieha M. D. L. Curia Thesaurarium, E-  
questris Ordinis Marechalcum. Committentes illis id ipsum De-  
cretum intimandi, Iuramentum super præmissis ab ipso & subscri-  
ptionem recipiendi. tum demum in manus ejusdem Electi ipsum  
Decretum dandi, & tradendi, ac cetera quæ hoc ipsum Negotium  
requirit, agendi & perficiendi. In cujus rei fidem præsentium Do-  
minorum Senatorum, & ex Equestri Ordine ad sigillandum Depu-  
tator, Sigilla sunt appensa. Datum per manus Illustrissimi & Re-  
veren-

verendissimi in Christo Patris Dni Andreae Olszovvski, Episcopi  
Culmensis & Pomesaniensis, Pro Cancellarii Regni in Conventu  
Electionis Novj Regis Generali Ordinario Regni, & M. D. Lit. ad  
Varfaviam Die XXII. Mensis Maji, Anno Domini 1674. PRÆSEN-  
TIBVS, Francisco Prazmovvski, Præposito Gnesnense. Abbate sie-  
ziechoviense, Secretario Regni Majore, Ioanne Malachovvski, Ab-  
bate Mogilnense, Regni, Cypriano Paulo Brzostovvski M. D. L.  
Referendarius Theodoro Dönhoff, Archicamerario Regni, Ioan-  
ne Wielopolski, Regni, Stanislae Duce Radzivvil, M. D. L. Dapi-  
feris, Ioanne Leszczynski, Incisore Regni, Christophoro Potocki  
Pocillatore M. D. Lit. Ioanne Opalinski. Pincerna Regni, Ste-  
phano Bidzinski, Excubiarum Regni Præfecto, Samuele Leszczyn-  
ski, Metatote Castrorum Regni, Andreâ Gielgut, Notario M. D. L.  
Ioanne Zaleski, Præfecto Culinæ Regni, Crispino Kierszenszteyn  
Notario Campestri M. D. L. Constantio Lipski, Decano & Admi-  
nistratore Sede vacante Archiepiscopatus Gnesnensis, Stanislae  
Lipski, Regente Cancellariæ Regni Majoris, Stanislae Buzenski, Re-  
gente Cancellariæ Regni. Casimiro Szczuka, Paradisiensi, Andreâ  
Leszczynski. Czervinensi. Alexandro Wolff, Pepliniensi, Christo-  
stomo Olszovvski Hebduoensi Ignatio Gninski Koronoviensi, Ab-  
batibus. Joanne Zapolski, Siradiensi, Sigismundo Olszovvski,  
Vielunensi. Christophoro Chodorovvski, Leopoli: Alexandro Za-  
luski, Rauenensi, Succamerariis. Alexandro Lubomirski, Sande-  
censi, Martino Kotski, Præmissien, Capitaneis, Artilleriæ Regni Ge-  
nerali Præfecto, Petro Cochonovvski, Radomiensi, Stanislae By-  
kovvski, Prædecensi, Josepho Łęczyński Buscensi, Marco Mat-  
czynski Grabovecensi, Adriano Lasocki, Visogrodensi, Joanne  
Lipski Cchoviensi Nicolao Mycielski, Kolensi Francif. Jordan Do-  
bezycensi, Capitaneis. Joanne Grabovvski Cancellario Leopoli-  
ensi, Canonico Gnesnens. Stanislae Witvicki, Canonico Gnesnens,  
Præposito Insulato Olycensi, Stanislae Wojenski, Canonico Cracoy.  
Michaele Rziejovvski Ecclesiæ S. Michaelis in Arce Cracoviens.  
Præposito. Adamo Kouarski, Alberto Dzialinski, Joanne Wolovv-  
ski,

ski, Culmensi, Varmiensibus Canonicis, Stanislaſo Zeromski, Scholastico, Petro Konojadzki, Canonico Culmensi, Secretariis Regiis. Vladislaſo Skoraszewski, Poſnaniensi, Stanislaſo Trzebicki, Siradiensi, Sebastiano Madalinski Vielunensi, Alexandro Polanovvski, Sanocensi, Carolo Romanovvski, Chelmensi, Venceslaſo Laſocki, Viſſogrodienſi. Chriſtoſtomo Gizyccki, Vielunensi, Paulo Szydlovvski, Plocenſi, Judicib. Terreſtribus. Thoma Karczewvski, Sanocenſi, Stanislaſo Niemiera Lublin. Pocillatoribus. Joanne Tomicki, Cracov. Sebastiano Jaronovvski, Breſtensi, Subjudicibus Terreſtrib. Sigismundo Kociolkovvski, Notario Terreſtri Siradienſi. Stanislaſo Dougialo, Viln., Martino Chelmski Sendom. Subdapiferis. Constantio Tomicki, Siradienſi, Joanne Chodzinski, Bielenſi. Pincernis. Michaele Warſzycki, Enſifero Lancienſi, Franc. Galecki, General Adjutante. Ludovico Wroſovvicz, Dapifero Lomzenſi, Sigismundo Wieruſz Bielski, Judice Caſtren. Vielun. Joanne Urbanski, Capit. Grabovienſi, Elia Locki, Michaele Zebrovvski, Aſſuero Wroſpolski, Joanne Dencmarck, Stanislaſo Piotrkovvczyk, Colonellis. Stephano Hankievvic, Notario Decretorum Regiorum, Metricante Cancellariae Regni. Hieronymo Pinnocci, Regio Secret. Stanislaſo Kraſovvski, Samuele Pſtokonski, Chriſtoph. Orlovvski, Joanne Pokrzyvnicki, Nicolao Wolovvski, Joanne Franciſco Woynovvicz, Cancellar. Regni. Franciſco Caſimiro Chynovvski, Joanne Stremboſz, Dapiferis Noſtris. Alberto Slezkovvki, Med. Doct. Cracoviensis. Paulo Boym, Vilnenſi. Adamo Tomecki, J. U. D. Leopolienſi. Civitatum Conſulibus & Internuntiis. Caeterisque plurimis Officialibus, Capitaneis, Secretariis, & Aulicis Regiis, Incolisq; Regni & M. D. L. ad praesentem Conventum Electionis Regni, & M. D. L. Varſaviae congregatis.

Adſtiterunt ſolenni Juramento die V. Menſis Junii, in Baſilica Varſavienſi ſuper Pacta Conventa ſeu Capitulationem poſt traditum hocce Diploma à Regia Majeſtate praerſtito, Reverend. Excell. Dni. Franciſcus Bonviſi, Archiepiſc Teſſalonic., Nuntius Apoſt Chriſtophorus Comes à Schaffgotsch, Caſar. Tuſſan, de Forbin, de Janſon, Episc. Marſil., Gallic. Joannes Liber Baro ab Hoverbeck, Brandeb. Legati: aliiq; Principum Externorum Ablegari Miniſtri.